q̄ hereticus eſſet qui diceret xp̄m nō
eſſe v̄um hominem: vt in. c. cui⁹ xp̄s d
hereticis. Itē qui diceret ptinacit̄ aſ
ſerendo q̄ anima rōnalis ſen intelle
ctua nō ſit forma corporis humani p
ſe: et eentialiter tanq; hereticus ſit cen
ſendus vt in. cle. i. de ſum. trini. et fide

catholica. Itē octo articuli ut here
tici dānare et reprobanſ in cle. ad no
ſtrā. de hereticis. Prio q̄ hō in vita
pūti tm̄ et talē pfectiōni gradū pōt
acgrere q̄ reddet penit⁹ impeccabilis
et ampli⁹ in gratia pficere nō valebit
nam dicunt q̄ si quis ſemp perficere
poſſet: poſſet aliq̄ pfectior xp̄o inuei
ri glo. dicit q̄ si hoc intelligūt de dei
potentia absolute catholice dictū est
p̄ eam poſſe reddi quem impeccabile
et hoc pugnium beate v̄gini credat
datum eſſe diuinitus. Dicere autē ho
minez hoc poſſe fm legem coem qua
deus sanctis dona gracie ſue dilpen
ſat hoc eſſe hereticum: nam fm coem
legem nullus poſtēt impeccabilis ſie
riſiſi per dei beatificā viſionem: qua
lit̄ ſolum poſt hanc vitam daf beat
et pnt dicit Tho. pte. i. q. 100. ar. 2.
forte mouebank iſti auctoritate Jo. i
epla. i. c. 3. ibi. Omnis qui nat⁹ eſſe
deo non peccat. Sed hicronym⁹ dicit
Iouinianum plene huic auctoritatē re
ſpōdet de pe. di. 2. Si enim probans
multis auctoritatibus hominez etiā
pfectum in hac vita peccare poſſe exē
plo. David Salomonis Josie petri.
Scđo q̄ ieunare nō oportet hōiem
nec orare poſtq̄ gradū pfectōis hui⁹
modi fuerit aſſeſtus: q̄ tunc ſenſuali
tas eſſe ita pfecte ſpiriti et rōni ſbie
cta q̄ hō poſt libere corpori cōcedere
q̄cqd placet. Hlo. pulchris demōstra
tōibus pbat hoc eſſe hereticū. Tertō
q̄ illi q̄ ſunt in pdicto gradu pfectōis
et ſpiriti libertatis non ſunt humane
ſiecti obedientie: nec ad aliqua pce
pta ecclie obligat: q̄ ut aſſerūt: vbi
ſpūs dñi ibi libertas. Quanto q̄ hō

potest ita supernaturalem beatitudinem
 fin omnem gradum perfectionis in pnti vi-
 ta asequi: sicut in vita eam obtinebit
 beata. **Quinto** qd quilibz intellectual
 natura ex seipso naturaliter est beata
 qdq anima non indiger lumine glorie
 ipsam eleuante ad deum videndum et
 eo beate fruendu. **Sexto** qd se exercet
 in actibus virtutum est hōis imperfecti et
 perfecta anima licentiat a se virtutes.
Septimo qd mulieris osculum cuz ad
 hoc nō inclinet nā est mortale peccatum
 actus vō carnalis cuz ad hoc inclinet
 nā peccatum non est: maxime cum tē-
 tak exercens. **Otavo** qd in elevatōne
 corporis Iesu xp̄i homo nō dū assur-
 gere: nec eidem reverentiam exhibere
 afferentes qd esset imfectionis eisdē
 si a puritate et altitudine sue st̄epla-
 tōis tm̄ descendēt: qd circa misterium
 seu circa sacramētum eucharistie: aut
 circa passionē hūanitatis xp̄i aliq co-
 gitarent. Unde papa p̄cipit qd nullus
 dictos errores teneat et defendat: et p̄-
 cipit ingitorib⁹ et diligēt inquirat
 et puniant. **Uide** glosas pulchre expo-
 nentes et demonstrates hos esse here-
 ticos errores. **Ite** sunt heretici qui ne-
 gare p̄sumperint spm scūm eternalit
 ex patre et filio pcedē. **Ite** qd affererz
 spm scūz pcedere a patre et filio tāqz
 a duob⁹ pncipis: et nō tanqz ab uno
 pncipio. de sum. trini. c. vnic. li. 6. **Ite**
 esset hereticus qui teneret libellū Joa-
 chim abbatis contra Petruz lombar-
 dū editū: in quo ipse abbas Joachim
 ponit pluralitatē psonaz in trinitate
 pluralitatem dico collectivaz sicut di-
 cimus plures homines efficere popu-
 lum; et sic dividit psonas substantialis.

et non p̄ proprietatē: et iō reprobab i.e.
 dānamus. ex de sum. trini. et fide cat-
 hólica. **Item** est hereticus qd p̄tinacē
 affirmat vfas nō esse peccatum: ut i cle
 i. §. sane. de v̄fis: et ibi p̄cipit ordina-
 rīs et ingitorib⁹: et conē dissimilatos
 de huiusmodi errore pcedere nō omit-
 tant. **Judei** tñ si hoc p̄tinaciter asserē
 rēt: nō possunt p̄ inq̄litores puniri ut
 heretici: **fm** **Pauluz** tñ si hoc dogma
 tizarent posset ecclēsia eos punire: saz
 ad hoc quod notat **Hosti**. de voto.
 .c. qd sup his. sicut puniunt in alijs ca-
 sibus in quibus offendunt fidēj. de iis
 deis. iudei. z. §. **C** z
Quero an heretici possint reconciliari
 post mortem: si in morte apparuerint si-
 gna tritiois. **Bendet** Anto. de bu. in
 .c. a nobis. de sen. exc. qd possunt et de-
 bent. 26. q. 6. c. qui recedunt. et c. se. de
 ose. di. 4. egrotantes. et ex de here. ex
 cōicamus. i. §. sane. **C** z
Quero qd dicas hereticus p̄t dubiū
 fidei. **Bendet** glo. in. v. c. dubius. ex de
 here. quādo dubitat i articulis fidei
 et hic est qui saluus esse non potest: qd
 stradicit alicui articulo positō i sym-
 bolo. **Credo** i vñū deū: qbus per fidē
 solam exhibenda est credulitas quia
 fides est de re non vīsa. de pe. di. 4. c.
 in dona. C. de sum. tri. et fide catho. l.
 si. **Sed** conē qd nullus est qui qnqz ex
 carnis stimulo non renouet in dubiūz
Bendet Anto. de butrio. qd quedam ē
 dubietas que habet pertinaciam ant
 mi et deliberationem et placentiam ha-
 bet: et hec inducit heretici circa articu-
 los fidei. **Quedam** est dubitatio que
 pcedit non ex conscientia: et hec ē po-
 tius pena qd culpa et debilitas p̄: ie

imaginationis q̄ peccatum: nec habet
heresim cum frequenter ostra voluntate
accidat: immo ille q̄ se bene firmat i fidem
et talibus motibus resistit meref sic ille
q̄ resistit carnis stimul. 6. vi. si p̄esañ.
ad hoc. 24. di. dixit.

¶ Quero an iudei sint excoicati tamquam
heretici. Rendet Anto. de bu. in. c. ad
abolendā. q̄ nō: q̄ quo ad canonicas
sanctiōes nihil ad nos de his que fo-
ris sunt. 2. q. i. multi. extra de diuor.
gaudemus.

¶ Quero an heretici occulti sint excoicati.
Respondet glosa q̄ sic: de here.
in cle. i.

¶ Quero q̄ dicunt credentes hereticorum
Rendet Anto. de bu. q̄ qdam sunt cre-
dentes hereticorum esse bonos: et isti nō
sponit pena hereticorum. Quidam sunt
credentes hereticorum erroribus et tales
sunt heretici. De. autē de an. i. c. q̄cūq.
de here. li. 6. dicit q̄ credentes dicunt q̄
se dicunt credere eorum erroribus. de pe.
di. i. p̄ot. Itē q̄ in orationibus sequuntur
eorum ritū et isolatōem et cōionē ab he-
reticis recipiunt vel similia: que ad eo
ritū ptinent: et ideo tales dicuntur
credentes: q̄ p̄sumit affidit ad eos et
quoz opa sequit. l. dolū. C. de dolo.
et plus est factō q̄ vobis aliqd facere.
de appella. c. dilecti. l. certū. ff. si certū
petat. et intellige de factis que ptinet
ad ritū errantiū. al's feciuta puta si du-
catū p̄beret heretico vel alimenta vel
similia que nō spectat ad cultū fidei:
Tales enī non credentes si receptato-
res dicerent infra eo. c. accusatus. 6.
ille quoq.

¶ Si qd de audiētib⁹ fmones et pdica-
tores hereticorum. Dic q̄ hi nō possunt

dici credentes: si grauit̄ sunt suspecti:
ita q̄ ē purgatio indicēda ē de here.
. c. excoicamus. §. qui autē. Similiter
q̄ coicant in ducatu eis ut pdixi. se-
mel autē in talibus actib⁹ p̄cipando n̄
p̄t dici q̄s credēs vel suspectus. i. q. i
stat. extra de psūp. c. ex studiis. 8
¶ Quero q̄ dicant receptatores. Rendit
idez pe. vbi. s. q̄ illi q̄ scient hereticos
suscipiunt. ut in. c. felicis. de p̄eis. post
pn. Lex autē illū receptatoz vocat q̄
receptat et celat: ut celat iudicis ma-
nus euadat. l. i. 7. 2. ff. de recepta. 7. ff
vō offi. p̄l. l. 2. gruit. et q̄b nota i. l. q̄cūz
C. de ser. fu. et nota hosti. in sum. b⁹
ti. §. que pena.

¶ Quero q̄ dicant defensores. Rendet
idē vbi. s. q̄ q̄nq̄ q̄s defendit errorēz
q̄nq̄ errantes p̄mus dānabilior ē. 24
q. 3. q̄ alioz. Secundus qui defendit p̄
sonam et punif. c. quicūq. de here. li. 6
et ista defensio p̄sonē potest m̄ltiplicē
stingē: puta virib⁹ et potentia ne pue-
niat ad manus iudicis: et de ista defen-
sione loquit. 2l. q. i. p̄ totū. Itē dicunt
tales defendere p̄ncipes et plati q̄ ta-
les nō corrigunt: nā in eis negligē ē fa-
uere. 2. q. 7. negligere. 8. di. erro: 7. c.
ut fame. de sen. exco.

¶ Quero q̄ dicant fautores. Rendet idē
vbi. s. distinguenduz inter p̄sonas pu-
blicas et puatas. Illi enī qui habent
publicā p̄tāte: ex sola omissione pos-
sunt dici fautores quando. s. nō fugiat
ab ecclesia damnatum: neq̄ p̄niunt.
23. q. 3. qui potest. 7. c. quante. de sen.
exco. vbi de hoc. Private vō p̄sonē n̄
capiendo: vel detinendo non dicunt
fautores q̄ hoc spectat ad habentes
p̄tātem. Quantuq̄ autem ad verbalē

resistentiam quibus tenet resistere blasphematis, super c. i. 7. c. qui alios, ybi de hoc.

C Ut ergo dicat fauere hereticis verbis. Rendet id est quod si non per iocundum ex lingue lubrico: sed in publico et in quietissima dicunt illos non esse tales quales dicunt et generaliter quod puocat eis plebs ad hereticorum amorem: et fidem eneruant fauere dicunt et probant. ii. q. 3. timendo. z. q. i. c. h. Item defendens coloratae dicunt fauere. ii. q. 3. ita secus si per lubricum lingue. s. de actio. et obli. l. obligatio. n. substantia. Aduocati etiam qui defendendo eorum excessus excusant fauere dicunt. Et de istis aduocatis: vide quod notat Jo. an. i. c. posuit extra de cle. expo. m. ini.

De omniis tyralibus qui cognoscunt de officio ingsitoribus. §. 23.

C Irca hanc excoicacionem. s. de omniis tyralibus qui cognoscunt de officio ingsitoribus. Aduertetur dum quod incurrit hoc excoicacionem: sine principalitate: si incident cognoscant. in capitulo: puta quod ista de causa principalium faci capi hereticum. Incidenter puta quod fecerat capi eum alia de causa: sed incidenter est de hoc ingsuit. Item nota quod dantes eis auxiliu scilicet et fauore sunt excoicatis scienter hoc faciunt: secus si ignoranter sicut glo.

De ingsitoribus qui omittunt pedem contra hereticos. §. 24.

C Irca hanc excoicacionem de ingsitoribus qui odio grata vel amore omittunt pedem contra hereticos.

D Quero quod si omittant timore: vel propter vitandum scandalum. Rendet glo. quod non

est locus huic pene.

C Quero quod dicat suspectus: et per quam suspicionem potest contumacia procedi vide Anto. debu. in. c. excoicacionem. de here. et Jo. de lig. in cle. i. eo. ti.

C Quero quod hic dicat quod non potest absoluui propter quod per romanum pontificem: quod si vacat sedes apostolica: an possit absoluui a collegio cardinalium. Rendet Lap. quod non de elec. ne romanum: sed solus papa viventer: vel ab eo cui commiserit: nam hic intelligitur de persona non de dignitate: ut scribit Archi. de Rept. c. si gratio se. li. 6.

C Quero quod hic dicat quod episcopi strafaciens incurrit penam suspensiōis ab officio per triennium. An pene suspensiōis et excoicationis ligent occultos ut indigent dispensationem et absolutionem. Rendet glo. quod sic que semper ad hoc allegatur. Nota quod necessarium est confessori sciri res suspensiōes ut possint eos mitere per dispensationem.

D De ingsitoribus qui extorquent pecuniam roe sui officij. §. 25.

C Irca hanc excoicacionem de ingsitoribus qui extorquent pecunias roe sui officij.

D Quero quantum debent satisfacere ut absolui possint. Rendet glo. quod suffici restituere quantum extorserunt. Item nota quod ecclia habet fiscum suum b. Lan. vt refert Jo. de ligna. quod vocatur thesauraria seu bursa cui applicant bona alie plati: sicut bona et res impiorum dicuntur fiscus. Non autem bona propria imperiorum. vel plati. Habet nam ecclesia loculos quod possent ex loculis quos habuit diminutus. ita quod exemplum. et habebat. In hoc tamen fisco omnes res ecclie

dm 5

Oblatōes fideliz appellate sunt eo q
a fidelibus collate sunt ampliantes.
sz. q.i.videntes. Et in tm ampliarē ē
fiscus q nullā psona ecclastica ma
xime cōem vitam gerēs potest egēs
vel paup inueniri qd vūm est si bene
ficeret diuīlio. S; plati nostri tgis ma
le dinidunt: s totū sibi appropriant.

De his qui mādat xpianos occidi
p assasinos. §. 26

Q Ira hāc exēcūtōe; s. b h̄a
g mādat xpianos occidi p as
sassinos. z.

Q Quēo q dieanc assasini. Rendet Pe
de an. q assasini dicūt q p̄cio dūdi
delicta omittūt: s isti atroci de sue
tudine puniunt q si gratis mandato
suscepto occiderent: vt notat Bar. in
L. nō solum. s. si mandato. de infuris.
z. l. cicero. de penis. Idez dicit Jo. an
Inouella. s. q assasini dicūt qui p pe
cunia; homines occidunt: s dicunt a
scindo scindis q scindunt animā a cor
poze s̄m archi.

Q Quero qd si mādat occidi sudeos v̄l
paganos. Rendet Pe. s̄m Jo. an. q nō
est exēcūtātus: s ideo dicit Jo. an. se
defendisse quēdam platum con̄t quē
fuerat pbatu q fecerat occidi hōles
p assasinos. s. cum illi homines potuis
sent fuisse nō xpiani nō erat sufficiēs
pbatio.

Q Quero qd si mādauit qd occidi xpia
num p assasinos z re integra ante q
mors fuerit secuta reuocavit. Rendet
gl. q nibilomin⁹ est exēcūtātus ex so
lo mandato. Item nota q tales nedū
sunt exēcūtātis: s depositi a dignitate
ordine honore officio z bñficio: vt in
d.c. p humani.

De scismaticis z q finitū eoz or
dinatōbus z alienatōbus. §. 27.

Q Ira hāc exēcūtōe. s. de
scismaticis: s qui initū eoz
rū ordinatōbus vel aliena
tōbus. Notandū q irrite sunt ordi
nations bñficioz collatiōes z ecclia
sticaz rēz alienatōes a scismaticis fa
cte z a dignitate z ordine suspēditur
qui iurat scisma tenere: vt i. c. i. de scis
maticis

S; nungd ordinatus a scismatico ac
cipiat carāterem. Rendet glo. in d.c.i
dicens q sic: dūmodo in forma ecclie
fuerit ordinat⁹: tñ est suspensus z non
habet executōes nisi dispensef z dis
pensari potest cum recipiēt a scisma
tico ignorāter: s debet expelli ab offi
cio: nisi pbet p testes vel p litteras se
cum dispensatum fuisse: qui tñ nō pōt
dispensari ab ep̄o scismatico qui cum
ordinauit etiā postq̄ ipse ep̄iscop⁹ ē
reverſus ad fidēi vnitatem: vt in c. fra
ternitatem. in tex. z in gl. extra de scis
maticis.

Q Quero an suspēsio pcedat in ifinitū
puta si suspensus ordinat vnuz z ille
aliuz: s ille alterū an in ifinitū omnes
sint suspensi. Rendet Anto. de bu. in. d
.c.i. q quidam tenet q sic. S; Itano
habet hoc p absurdō: vñ dicit q nō
est vñ q p̄tās ordinandi tollat in i
finitū: q no extēdīt nisi ad ordinatos
z nominatim precīsos: quasi diceret
q non transit hec pena ad tertīā p̄so
nam sicut in exēcūtātō. Dic tamen q
lex cōtradicit: q si per plures manus
ambulauerint idem erit. ff. de mino. l.
in cause. §. fi. z. l. sed z vbi. z qd dicit
canon q de radice ifecta bon⁹ fruct⁹

exire nō poterit. i.q.i.scr̄. Hosti. vii
q. durante ignoratiā sicut ordinatoꝝ
p̄fer̄ opinio vītati: ⁊ oīa in xp̄i fide
purgant. ex de cōba.cler. ⁊ mu.c.v̄a
Ueritate autē ḡperta necessaria erit
dispensatio. Et dato q totus mund⁹
sit in uolutus: ⁊ multitudo sit in cā:p̄
stabit salteꝝ pape legitimā cām dispē
sandī. ex de ordi. ab epo.c.i.7.z.7 d̄
ele. exco.minis.clatores.

C 3
Quero quis dicaf p̄rie scismaticus
Rūdet Anto. de bu. q̄ q̄ hoc v̄bū
sumis largissime: vt omnis i peccato
mortali ḡstitutus. i.4.q.4.apostolice
f.q.i.sacerdotes. ⁊ bi sunt a deo sepa
ti nō aut̄ a sacramētis ecclesie. Large
dicunt esse scismatici omnes excoīca
ti ex ḡbus alig peccant aliqui nō: s̄ si
peccato nō debet excoīcatio fieri: exē
de resti. spo.c.litteras. de sen. exco. c.i
quisitō: tō sunt ab omni a cōu fideliꝝ
sepati. Stricte autē q̄ iuratōes faci
unt cont̄ ep̄m p̄rium: ⁊ in his nō h̄et
locum. c.i. de scisma. nō enī sunt suspe
si: s̄ suspendendi. s̄m Hostiē. ⁊ Inno.
Adbuc magis stricte possunt dici scis
matici qui cont̄ ep̄m p̄rium insurgūt
⁊ ep̄atuꝝ tenent ⁊ suos ḡstituti sacer
dotes faciunt. 7.q.i.scire. z.4.q.3.ter
scisma. Quidam sunt scismatici stri
ctissime: put in. c.i. de scismaticis sūt:
vt qui sunt diuini ab vnitate ecclesie:
⁊ qui conan̄ sibi ep̄os ⁊ presb̄ros ⁊
constitutiones facere. septima. q.i.no
uatiannus.

C 4
S̄z nunqđ tales sunt heretici ⁊ icur
rūt penas h̄eticorꝝ. Uideſ q̄ sic: quasi
male sentiat de illo articulo vna san
cta eccliam. Alij tenet ḡtrarium q̄ p̄
prie nō sunt h̄eticī: ⁊ hāc opinionē t̄

Hosti. dūmō recognoscet romanam
eccliam: q̄ tūc nō snut ab vnlitate di
uisi: vñ duo l; ḡtēdant se p̄tifices ro
manos nō. ppter hoc heretici sunt: q̄
credunt vnam eccliam: l; quilibet cre
dat se cius sponsum esse. S̄z si quis se
papam ḡtenderet: q̄ crederet eccliam
duos habere pontifices eset heretic⁹
q̄ crederet duas ecclias: cont̄ illud
vnam sanctam eccliam catholicam: ⁊
sic itellige. Jo.7.q.i.nō autem **C** 5
Utp̄ omnes scismatici sint excoīcati.
Rūdet idē Anto. i d.c.i. q̄ illi scisma
ticī t̄m sunt excoīcati q̄ se cont̄ roma
nā eccliam extollunt: ⁊ ab ipa se se
parat: q̄ tales sunt heretici: ⁊ p̄ cōs
excoīcati: vt in dicto. c.excoīcamus. ḡ
here. ⁊ ideo greci hucusq̄ fuerunt ex
coīcati: q̄ fuerunt diuisi ab eo q̄ eccl
esia p̄ articulis fidei determinauit. Alī
aut̄ sunt excoīcandi. s. scismatici large
qui nō sunt cōtra articulos fidei nec
contra vniuersalem eccliam: ita q̄ s̄
suspenſi non. excoīunicati: vt hic in
sime: sed processu curie omnes sunt ex
coīcati.

C 6
Quero que differentia sit int̄ scisma
⁊ heresim. glo.in.c.inter heresim. z.4.
q.3. dicit q̄ est differentia que est iter
dispositionē ⁊ habitū. pmo.n.d̄ scis
ma. Sed postq̄ prinaciter adhereret
sue secte dicit heresia. v̄l aliter vt di
cas q̄ omnis hereticus est scismaticus:
⁊ nō ouertus: ⁊ sic ē illa tr̄ia q̄ est int̄
genus ⁊ sp̄m.

D e ferentibꝝ ferrū arma lignamīa
ad impugnanduꝝ xpianos necessaria
z.28.

O Iraea hanc excoīcatōneꝝ. s. de
ferentibus ferrum arma īc.

¶ Quero qd si ferrū & alia huiusmodi
sint delata non intentōe ut ipugnent
xp̄sanī. Rñdet Ant. de bu. in. d. c. ita
quorūdam: q sufficit q: portent l. r. o
hac intentōe ut impugnēt xp̄ia: s suffi-
cīt q: impugnari pñt. **¶** **z**

¶ Quero an sit alia pena vltra excoīca-
tōe. Rñdet glo. q sic: q debēt capite
pñiri. l. z. E. que res exportari nō de-
bet. Itē dicit in his qui docēt naues
facēt eos cū pñs illi? rei pñtiā nō hērēt
E. de pe. l. fi. **¶** **z**

¶ Quēo qd stineat appellatōe armoz
Rñdz glōsa q: fustes & lapides: putā
si deferrēt lapides machinis imponē-
tos. **¶** **z**

¶ Quero qd de his q exercēt gubernā-
tione in piraticis nauib⁹ saraceno: nō
nō stra xp̄iaos: s conūt alios infideles
Rñdet Anto. de bu. in. c. ad liberādū
bz aliquos q sunt excōicati: q docēt
eos in piratica arte qua poterunt po-
stea xp̄ianos impugnare: liez hoc non
placeat Juno.

¶ De fractiorib⁹ seu incendiariis
.6.29.

¶ Trea hanc excōicationem de
fractoriis sive incendiariis. i
Nota differētam inter incē-
diarios eccliaz & religiosoz locorum
& alliaz rex fm Ric. in. 4. & Asten. in
sum. li. 7. t. 1. z. v. 18. q incensores ecclæ-
siaz & religiosoz locoz & cimenterioz
q. j. spaciūm pñilegiatiū stinent sunt
excōicati ipo iure: s an denūtiationez
possunt absolvi ab ep̄: post denūti-
tionē vō a solo papa. Incēdiarij vō
alliaz rex nō sunt excōicati ipo iure: s
excōicandi: & cū fuerint excōicati a so-
lo papa absolvi pñt. **¶** **z**

¶ Quero qui dicant incēdiariis. Rñdet
Asten. fm Ray. qui incēdunt auctori-
tate pp̄ia ciuitatē villa domū segetē
vñ similem rem malo studio: sive p vi
dicta seu odio. 23. q. vlti. c. pessimam.
Nō solū autē fm Rodo. dicitur incē-
diarius qui incēdīt: s etiā qui facit in
cēdī: vel ad hoc sciēt pñllum vel au-
xiliū impendit auctoritate pp̄ia: et
dictū est: & dicit malo studio: q si ca-
su vel negligentia faciat nō ē incēdia-
ri⁹ his. Concor. Monal. in sum. **¶** **z**

¶ Quid de illo qui habet ins insēdi-
bellū iustū. Rñdet Ray. q incēdiari⁹
dici non debet nec ipse: nec q iussu ei⁹
incendit. **¶** **z**

¶ Quid de illo qui incendit pp̄iaz do-
muz vel segetē. Rñdet Asten. bz Bos.
q talis liez peccaret abutendo re sua:
nō tñ inclideret i penaz incēdiarij nisi
dolo malo h̄ faceret: vt vicini bona
incenderet. **¶** **z**

¶ Quēo qd dicaf effractor ecclie Rñdz
Astē. fm Ro. q ille q dolo malo: aut
p iniurā violentē pietē foderit: aut vi-
treā fenestrā aut ferratam rupit: aut
hostia: aut vēctes: aut cardies: dū tñt
hostia st̄ta dirupit: aut tecđū ecclē. **z**
¶ Sz nūgd fractoz occulti⁹ erit excōica-
tus ipo iure. Rñdet Rodo. q sic i sa-
uore ecclie. Ex pñdiciis pat̄z q si pñdo-
nes cā frāgendi ecclie vādant nō tñ
frangāt: puta q eā aptam & nullū rest
stētem inueniūt: q inde custodes pp̄e
ez tñmorē ausigerēt nō incidūt i ex-
cōicatōe: l̄ intrēt parati inferre vñm
volētib⁹ eis resistere. **¶** **z**

¶ Quero qd de sacrilegis vtruz sint ex-
cōicati. Rñdet Asten. fm Ric. in. 4.
vi. 18. ar. 12. q. i. q vt dicitur. 17. q. 4. si

gs. **Sacrilegium** omittit auferendo
sacr de sacro: vel sacr de nō sacro v̄l
nō sacr de sacro: quocūq autē istoꝝ
modoꝝ gs omittat sacrilegiū non in-
currit excoicationeꝝ maiorē ipo iure:
nisi faciat hoc cum violatoꝝ ecclie si
ue incēdio. extra de sen. ex. c. questi.
in glo. Tales tñ sunt excoicati si mo-
niti satissacere ctempserit. vt. i7. q. 4.
si gs domū dei. 7. i2. q. 2. indigne. U
deſ tamē aliquibꝝ pbabilis q̄ ipo iu
re minorē excoicatōem incurrit. Di
cīt. n. in. c. si gs domū dei donec in cō
uentu legitime monitus satisfaciat sc̄i
at se cōiōne p̄uatūm esse: vnde illud
. c. ii. q. 3. canonica. in quo violatoꝝ
eccliaz excoicant. Loquīt de his q̄
ecclias violent cum effractōe simili
illud. i7. q. 4. oēs ecclie. Ibi excoicā
tur omnes raptoreꝝ ecclie & aliena-
tores facultatum eius: loquīt de rap-
toribꝝ rez ecclie vim inferendo. s.
ea frāgēdo. Ex p̄dītis ergo p̄z q̄ illi
q̄ ecclias offendunt vel bona sp̄arum
diripiūt alii q̄ ecclias incendēdo vel
violando ē ope nō sunt excoicati ipo
iure: s tñ sunt excoicandi: l̄ dican sa-
cilegi. extra de fo. cōpō. c. questus.
Pater ēt ex p̄dītis q̄ deflorans mo-
nialem benedictam: l̄ auferat rem fa-
cram. s. v̄ginitatem de muliere sacra
non incurrit excoicatōeꝝ ipo iure nisi
eam opprimat violenter. Si tñ epūs
in cōsecrando ferat sententiaz excoica-
tionis in omnes qui cū talibus se imi-
scēbunt carnalit̄ post hoc carnaliter
eam cognoscens excoicatōeꝝ incurrit
hec Ric.

¶ Quid si alijs omittit i ecclia aliqd
enorme: puta accipit corpꝝ xp̄i de al-

tari: vel dū cōicaf tenet in ore ppter
sortiarias. i. ad faciendū sortilegiū v̄l
crisma: vel frangit altare: vel crucē: s
simile. Rūdet Asten. fm Ray. q̄ talis
est excoicatus. ex. e. c. questi. i7. q. 4.
omnes ecclie. Sed Asten. dicit q̄ sic
ex p̄dītis p̄z videt q̄ qui accipit ta-
lia sine fractione ecclie sine violatoꝝ
non sit ipso iure excoicatus fm Ric.
di. i8. m. 4. Item nota q̄ nedum effra-
ctor vel incendiariꝝ ecclie v̄l loci re-
ligiosi vel cimiterii est excoicatus: s
ēt totius spachū p̄uilegiati qui sunt. 30.
passus i circuitu ecclie. i7. q. 4. q̄ ḡs
7. c. diffinit. n̄ sint capelle que sunt. i
ambitū muroꝝ q̄ si in modū castri fa-
bricate: vt d. c. ḡs quis **¶** 9
Quero d̄s h̄c q̄ effractor sine incen-
diariꝝ excoicat q̄ denuntiari a quo d̄s
denuntiari. Rūdet Ric. q̄ a quo cūq
vel eriam a simplici sacerdote dū tam
habeat ex suetudine excoicandi vel
denuntiandi v̄l sunt denūtiati ab ho-
mine v̄l cōstōe synodali **¶** 10
Quero an alij incendiariꝝ nō eccliaruz
qui apud aliquas p̄uincias ex suetudine
reputant excoicati: vt in theoto-
nica an vigore talis suetudinis sint
excoicati. Hosti. in summa de incendia-
riis tēt q̄ sic. Idē Ray. **¶** 11 Rodo. te-
net q̄ suetudo sine sentētia v̄l cōstōe
tacita vel expressa non potest facē al-
qē excoicatum. **¶** 12
Quero an excusat metus vel coactio
quecūq cōditionalis: puta cum p̄cipit
alicui si nō incendis hanc eccliam oc-
cidam te: an iste metus excusat: vt nō
incidat in excoicationem. Respondet
Asten. fm Rodo. z Ber. q̄ non. Item
dicit ab illo incendiario aliarum rez

qvis & metus non excusant quod possit
excusari. Et bene isti excusantur quod
tum ad alleuatiōem peccati a tāto: si
non a toto.

De statuentibus contra libertatez
ecclesie. § 30.

Quia hanc excōicationem de
statuentibus contra libertatē
ecclesie. Notat Anto. de bu.
q; sponentes statuta & scribentes &
libertatē ecclesie: sed eis non utantur sunt
ipso iure excōicati.

Quero an scriptores sūiliarii rectores
& ceteri sint ipso iure excōicati. Rendet
idem q; sic: eo ipso q; interfuerint edi
ctōi vel scripfint: sed illi qui non interfue
rint incurrit si sunt negligentes i; ipsi
delendis & abolendis.

Quero quoniam dican negligentes in de
lendo: vel in non faciendo obseruari.
Rendet Asten. fm Host. q; ex quo cer
tificati sunt: cum obedire negligunt li
gan: qd referri potest ad arbitrium
boni viri. s. qn potuerūt scire & qn ipse
dire. s. ne seruarent:

Quid si certificat de nocte vel i die
festo quando sūiliū gūiale non potest
fieri: vel certificat dum est infirmus.
Rendet Anto. de bu. q; arbitrio boni
viri relinquit.

Quid si sūiliā dedit strāriū sūiliū:
et non ederet statutū an sit excōicat? **R**endet idem fm quosdam q; sic: q; de
bet potius dimittere dignitatē vñ of
ficium: nisi destruāt statuta si habet
prātem destruendi. vt in. c. aduersus.
de lnu. ecc. sec? si non haberet: q; tē nō
ipso & statuto sentiētes illaqueat ad
hoc cle. ex grādi. de vñis. nō tñ statutis
sunt ligati statuta nō velentes: s. arbi

trio boni viri.

Quero an ppter statutū factum per
aliquos pncipales de uniuersitate li
gef uniuersitas pena excōicatōis. Re
spondet idē in. c. grauem. q; sic. si tota
sentit vel maior p: vel si hoc factus
ratum habet: vel si monita non emēdēt
vel faciat emendari: vt suprā eo. con
uerti.

Quero quid intelligat fieri conēsber
tatem ecclie. Rendet Asten. fm Rodo
q; noī ecclie nō ḥphēdūt layci he
remite & reclusi: nisi se subiecerit alicui
religioni approbate.

Qz nungd impato:es & reges ligant
hac stōne si qd tale fecerint. Rendet
Asten. fm Rodo q; sic: sūliū oēs alij in
quacunq; dignitate sūstituti.

Quero qualis debent idonee cauere
q; de cetero talia nō omittant. Rendet
Asten. fm Hosti. q; debet cauere sub
certa pena vel datis sufficientib; fide
sufforibus. ar. c. de plump. c. litteras
. s. quo circa

Quero quid si fiat contra pticulares
suetudines aliquarū eccliaz vel pti
culares psonas. Rendet Rodo. in ti. ḥ
raptorib; q; non credit hanc penaz
habere locum.

Quero quō dicat fieri strā liberta
tē ecclie. Rendet Anto. de bu. d. c. no
verit. q; qn detrahit puglio genera
li ecclie accesso super spūalibus: siue a
deo: siue a papa: siue ab imperatore a
deo sicut illud. Qdūq; ligauerit sup
terrā ē. Et detrahit ēt ad interpreta
tōem dubiorum: vt dicat in. c. per ve
nerabiles. s. nominibus. c. qui si. siue
legi. Item pugliegium a deo accessum
de decimis p mīchis & oblationibus

habēdis. 16. q.i. reuertimini. de deci. c.
a nobis. 7. c. tua. Item q. ecclia solas
res ecclesiasticas administret. 16. di. si
imperat. 7 q. ipa sola de spūalibus iu-
dicet. 26. di. idēq. 7 alia multa q. tam
ex veteri q. ex nouo testamēto colligi
possunt q. manus non mittat i. psonā
ecclesiastica. 17. q. 4. c. si quis suaden-
te diabolo. Item q. in relictis ad pias
cās sufficit testamentū cū duobus te-
stibus. de testa. c. relatum. 7. c. omēs.
Ab imperatore pñt etiam pñilegia oce-
di: q. ipē cum vniuersis laycis 7 cleri-
cis pelle debet in tñalib;: vnde quo
ad illa tñalia potest pñilegia ccedere
96. di. tñus. vnde quādoq. ccedit im-
pator pñilegia loco quo ad imunitatē
quādoq. ecclie vniuersali. i. ogrega-
tioni fideliu;: qñq. rōe ecclie qñq. p-
sonis ecclesiastici. C. de epi. 7 cle. l. ne-
mo. C. de his qui ad ecclias cōfugi-
unt. l. in pñti. in auctentico vt ecclie
romana. colla. 2. non autē pcedit in p-
nilegñs aliquib; specialib; vel sin-
gularib; eccl;: vel collegiis: vel p-
sonis ccessis: siue a papa siue ab impa-
torib;: siue ab alijs pncipib; in his
que ad eos spectant: vñ cñueniens nō
incidit in canonē istum: nam qui facit
contē libertatē isti? vel illius ecclie nō
ppterera dñcif facē cñ libertatē ecclie
astica fin. Inno.

ii
Itē notat Anto. de bu. in d. c. q. quez. q.
nō valer statutū factū per laycos
coartans clericos ad castra custodie-
da 7 penaz imponēs clericis nō custo-
diētibus. Itē notat Ulin. 7 abbas q.
statutū factū p. laycos q. vadēs de
nocte puniās in tanta q̄titate pecūie
non ligat clericos: debent per ecclie-

siam puniri. et de osti. c. ecclesiasticam
17. di. bene quidez. De imunitate ecclie
personarum 7 rerum ecclesiastica-
rum. Vnde in verbo imunitas in pi-
sañ. **iz**
Utrq. violatores in tñ ecclie: s. etiam
imunitatis ecclie sint ipo iure excoī-
cati. Bendet Astē. li. 7. ti. 2. v. 18. q. nō
est idem violare ecclia 7 imunitatē
ecclie: q. eccliam violare est ipsam
frangere vñ incendere: violare vñ im-
munitate ecclie est facere otra liber-
tatem ecclie. Violans eccliam actua-
liter est excoicatus ipso iure. violans.
vñ imunitatem ecclie non est excoī-
catus ipo iure: s. post monitionē suffi-
cientez si emendare ctempfit est excoī-
catus. 17. q. 4. nullus. 7. c. si quis dein
ceps. vnde extrahens hominem de ec-
clie ad quā p. refugio fugerat nō ē
excoicatus ipso iure coī: in aliquib; vñ
casibus violator ecclastice imuni-
tatis est excoicatus ipo iure: vt impo-
nentes indebitas exactiones clericis.
Tex. autem in. c. nouerit. de sen. exco.
loquif de facientibus statuta contē li-
bertatē ecclie: puta si quis statuerz q.
fugiens ad ecclia quocūq. modo 7
casu posset inde extrahi talis esset ex-
coicatus: vel qui statuta: vñ cñstudi-
nes seruari ficeret. Item si qui statue-
rēt q. clerici tenerēt soluere pedagia
vel guidagia a quib; sunt imunes sē
excoicati: vel qui facerēt otraria con-
suetudinē obfuarī: vt in. c. q. q. de cē.
li. 6. Et gñaliter quicūq. facerēt statu-
tū otra generale pñilegium ccessum
gñaliter omni ecclie vel psonis ecclie
asticas vel cōsuetudines contrarias
facerent obseruari. Cōcor. Ric. in. 4.

di.18.ar.iz.q.z.vbi vide plen de hac
excōicatiōe.

Quero an cl̄ici v̄l scholares ad sua
sūlia possint in eccl̄is ɔgregari. Res
pondet p̄e. de an. in.c. decet. de imu
nitate ec.li.6.s Huil. dīc q̄ eccl̄iaſtīca
z spūalia negocia possunt ibi tractari
v̄i p̄nt ibi clerici synodus facere: z de
libertate eccl̄iarum z statu eccl̄iorum
z reformatione moꝝ in clero z in po
pulo. Itē scholares p̄nt ibi magistra
ri z similia facere: q̄ hoc eccl̄iaſtīcū
ē: z ab eccl̄iaſtīca p̄fona magistriū
recipiūt. ex de magl..c.i. Est.n.res sā
dissima ſcientia. f. de varijs. z exor.
cog.l.i. h. est quidem. Si autē ſchola
res vellent ibi tp̄alia tumultuose tra
ctare. d.c. decet. eis obſtar ibi quarū
libet vniuerſitatum z ſocietatum fa
de maio. z obe.c. ſolite. in fine Addit
etiam Jo.an. in nouella. q̄ ſi layci vel
lent ibi ſpūalia tractare: puta de faci
endo festum beate marie x̄ginis: vel
aliquā ɔfraternitatē in honorez dei
vel alicuiꝝ ſancti: vel de pace etiā int̄
laycos facienda hoc non est interdi
duz eis.

Quero an ordinarij possint dare lice
tiam laycis conē imunitatē eccl̄ie: pu
ta q̄ ſiant plamenta ɔrōes vel cāz co
gnitōes z similia. Rendet p̄e. de an. z
Huil. z cle. pifani. q̄ nom: z allegant. ſi
de transacti. l. cum bi. h. ſi pretor. z de
offi. p̄cu. cefaris. l.i. z ex de natis. ex
li. ven. c. vnic. vnde dicit ter. in. d.c.
decet. Ordinarij locorum hoc faciat
obſeruari ſuadenda ſuadeat interdi
cta huiꝝ canonis auſtoritate ɔpeſcat.
Dicit tamen Huil. hoc verum eſſe niſi
vrgens z cuſdens cauſa ſubeffet hoc

potest itelligi: puta quādo cursus ho
ſtium aderet.

Quero que ſint vetita in eccl̄is fieri
ter. in d.c. decet. ſic dicit. Nullus i lo
cis eisdeꝝ. i. eccl̄esiis in quibus in pace
ac quiete vota conuenit celebrari ſe
ditionem exciter ɔclamacioneꝝ mone
at impetum ve ɔmittat. Ceffent in ill
vniuerſitatum z ſocietatum quarūlibz cō
ſilia contiones z publica plamenta.
Ceffent vana z multo fortius ſeda z
pphana colloquia. Ceffent cōfabula
tiones quelsbz ſint. Postremo q̄cūqz
alia que diuinuz. poſſunt turbare offi
ciā: aut oculos diuine maiestatis offi
dere ab ip̄is. p̄ſlus extrema: ne vbi pec
atorz eſt venia poſtulanda ibi peccā
di def occasio: aut dep̄hēdat peccata
ɔmitti. Ceffent in eccl̄is z eay cimite
rīs negociaſtōes: z p̄cipue nūdlnaruz
ac fori cuiuscūqz tumultus. Omnis i
eis ſeculariū iudicioꝝ ſtrepitus ɔges
eat. Nulla in ibi cā p̄ laycos criminal
mazie agiteſ. Sint loca eadē a layco
rū cognitōibz aliena

Quero an ɔtractus facti in eccl̄ie te
neant. Bendet glo. in d.c. decet. q̄ ſic l̄z
nō debeat fieri: z qui faciūt peccant.
ſeeꝝ i. peccibz. z ſi h̄is iudicialibz.

Quid si fieret ſtatutum q̄ non poſſe
eccl̄is donari vendi v̄l relinqui. Reſ
pođet Petrus de ancha. in.c.eos. de
imu. eccl̄ie. li.6. q̄ ſtatuentes ſunt ex
coſciati ipo iure.

Quid ſi ſiat ſtatutū gñiale q̄d veniat
includere clericos: puta Senis: q̄ ſi ci
tatus coraz officialibus cōis declina
uerit ip̄orum iurisdictionē ſit erē pte
ctionem cōmūis: z ptas in civilibz z
criminalibz non audiat ipsum: clerici

coram talibus officialibus citati non
audent declinare qd postea in eoz iuu
riss et offensis prius eos non audiret:
an si contra libertatem ecclesie. Rendet
Pe. de an. qd eps potest: si ex h. videt
clericos de facto dannificari: et tumidi
ores fieri cogere secularem pratem: ad
declarandum qd statutum illud sic gisale
non intelligat de clericis volentibus
declinare: et ita dixi in c. si diligeti. de
foco compe. et per Bal. post Jacobu
bu. in auctorita statuimus. C. de epis
et clericis.

De his qui usurpant sibi custodiā
vacantium eccliaz. §. 31.

Quia hanc excōicatōem. s. de
bis qd vspāt sibi custodiā va
cātiū eccliaz. **i**
Querit glo. qd textus dicit vniuersos
An masculinū scipiat femininū: vt in
telligat etiā vniuersas. An mulieres
que sibi vsparent sint excōicatae. Res
pondet glo. qd sic: qd semp malculinū
scipit femininū quando a canone p
ferit: de quo hic vide plene p. Petru
de ancha. **z**

Quero qd textus dicit vniuersos et sin
gulos qd regalia custodiā suū guardiā
aduocatois seu defensionis titulum i
ecclesiis monasteriis sive alii quisbus
liber pijs locis de nouo usurpare co
nantes bona eccliaz monasterioz aut
locoz ipoz vacantium occupare psum
unt. Que dicunt regalia. Respōdēt
glo. i. collecta que fit regis rōne vel
impatoris vel tributū qd debet regi
vel iura que ad imperatorez pertinere
sueuerūt: vt portū vestigalia qd erāt
eccliaz accessa per imperatorem: vel ab
impatore v'l rege: et aliquis de nouo

volet sibi usurpare vacante ecclia
. i. mortuo rectore. Alia vocabula qd
sequunt custodiā et guardiaz ic. sunt
nomina iuris patronatus: quocūq; g
nomie censeant usurpantes de nouo
tale ius in eccliaz vel alijs pijs locis et
bona ipoz locoz vacantium excōica
ti sunt ipo sure. **T** 3

Quero quare dicit de nouo usurpa
re et qd dicas de nouo usurpare. Res
pondet glo. et Pe. de an. qd qd usurpās
ostendit titulum: puta qd tenet ista ti
tulo patronatus: et adhuc pscriptō n
est completa. 40. annorum. Si autes
ostenderet titulum: et esset complete pre
scriptio non diceres de nouo usurpa
re. Si vo nullum habet titulum dicas
de nouo usurpare: nisi tenuisset tāto
tempore cuius iniij memoria non ex
sistit. Si vo existeret memoria dicere
tur de nouo usurpare. **T** 4

Quero dī hic qd clericī eccliaz et mo
nachi monasterioz et persone aliorū
piz locoz: puta hospitalium qd pecu
rat et bona dictor locoz vacantium
occupens sunt excōicati. Quero quo
dicant hoc pecurare. Rendet glo. forte
occasione discordie inter ipos suscita
te. Et dī. pecurare ope dīilio et psua
sione et cooperatōe. ex de homī. sicut dī
gnū. Item nota fin glo. Pe. qd clīci
cum vident bona ecclie usurpari ve
bent se opponere: qd intellige cū esse
ctu qd ut in eis erit inuocando bra
chium seculare: vel sibi nuntiādo. ex de
homī. postulasti. et c. dilecto. i. de
sen. exco. vbī ad defensionē talem lici
tā possunt laycos inuocare. ad 13. 1. 3.
§. cnz igis. ff. de vi et vi armata. et si
in confliktu alicui mors interuenerit

nō imputabif sibi s aduersario.l.qm
multa.C.ad.l.iuliā.de vi.z notat In
no.de resti.spo.e.olim.

Itrē nota q p tpe quo clerici non de
fendunt eccliaz ab oppressione nō de
bent recipere puentus: vt hic i textu
qui dicit. Illos vō clericos qui se vt
deberent talia facientibus non oppo
nunt de pūctib ecclian seu locorum
ipoz p tpe quo pmissa sine debita eō
tractōne punierint aliquid p tpe distri
cti in hibent. Sed an saltē possint p
tpe vīctū et vestitū. Archi.tenet q n
q qui non laborat non manducet: vt
notat. ff. de vā.infec.l.quis. Item nō
ēm glo. q fundans et dotans eccliaz
de dyocesani sensu potest h statuē:
vt fructus ipsius ecclie tuū vacabit
possit suos facere.i8.q.3. cleuterius.
de iure patronat'.c.preterea.z.c.no
bis.

Quero quid de illo qui iusto titulo
vō antiqua suerudine debet habere
custodiā vacatis ecclie vel monaste
rii vel hospitaliis vel alterius pī loci
An vacante ecclia sibi lucis faciat fru
ctus. Bendī glo. q nō s fructus sua
re debet futuro successori. Qui n.cu
stodiam habet custodire debet nō cō
sumere: habebunt tñ qdī custodie
tant opā moderata cibaria.

De falsificantibus litteras vñ pa
pe.5.2.

Area hanc excoicatōem.s. de
falsificantibus litteras vñ pa
pe vide q dī i pisan. in ver
bo excoicatio tertio: quia eadem po
nuntur in sum. Hostien.li.7.ti.2.vsi.
24.

Quero qd si falsitas est ita latens q

videri etiā nō possit etiam a perito.
Ridet Astēn.vbi.5.q si diligētiā
qui potuit per se vel q alios fecit nō
teneat al's nō excusat.

Quero vtrī impetrās lras a papa ta
cita vītate suggesta falsitate sit excōi
catus ipo iure. Ridet Astēn.vbi.5.q
nō: siue hoc faciat impetrans scienter
vel igno: atēr etiā si talis vītas racea
tur: vel si talis falsitas suggesta q ea
vītate manifesta vel fallitatem nō sug
gesta papa litteras illas non ccessiss
vnde de rescrip.c.sup litteris habeb
q littere sic impetrare p malitiam v'
fraude indistincte non valent non tñ
dicitur ibi q impetrans excōmuni
cationem incurrat. vide Ric.in.4.di.18
ar.iz.q.3.

Quid de illo qui litteri vñc aposto
licis s̄b alio nomine impetratis. Ridet
idem vbi.5.q licet tam isti q illi sint
digni magna pena et cōfusionē nō op
tuit tñ ius cōdere q tales ipo iure ex
coicatione icurrent: quia talis fraus
a pte aduersa: vel a iudice couē vī
tes faciliter et certitudinaliter pbari
potest: puta si talis littera sit impetra
ta s̄b nomine Petri clericis: vō cruce si
gnati: et non sit: ita faciliter et certitu
dinaliter excipi potest contra vītē
talibus litteris ostendendo q nō est
clericus vel cruce signatus. Non ob
z. q.2. dicenti. vbi dicit. falsarius q
litteras impetrat falsa suggestōne: vō
falsis pīcibus: q licet talis sit falsarius
lato sumpto vocabō: nō tñ est pīc
falsarius litteraruz pape: qī vās lras
impetrat licet falsa suggestione. vide
Ric.vbi.5.

Quero qui sunt modi falsificatiōni lras

papales. Rūdet tex. in. c. licet, de cri. fal. ponit plures modos et species falsitatis. Primus siue prima species falsitatis est: ut falsa bulla falsis litteris apponat. Secunda ut filii de ea bulla extrahat ex toto: et per aliud filium missum falsis litteris inserat. Tertia ut filium ab ea pte in qua carta plicat in cism cum ea bulla falsis litteris imiteretur sed eadem plicatura cum filio simil canapis restauratur. Quarta cum a supiori pte bulle altera per filium sed plūbo rescindat: et per idem filium litteris falsis inserta reducat. j. plūbum. Quinta cum litteris bullati et redditis in eis aliquid per rasurā tenuē imittat. Sexta ut cum scriptura litterarum quibus fuerat apposita ea bulla cum aqua et vīno vniuer saliter abolita seu delecta eadem carta cum calce vel alijs iuxta suetū modū sine artificium dealbata de nouo rescribit. Septima cum carte fuerat apposita ea bulla totaliter abolite vel abrase alia subtilissima carta eiusdem operitatis scripta cum tenacissimo glutino coiungit. Deinde sedet tex. Eos et a crimine falsitatis non reputamus imunes qui contēstōem nram scient litteras nō de nostra vel bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque que accedentes ad bullam falsas litteras caute p̄ficiunt: ut de ea bulla cum alijs signent. Sed hec due spes falsitatis n̄ possunt facile reprehendi nisi in modo dicta minus vel in forma scripture vel qualitate carte falsitas cognoscatur. In certis autem diligens in dicator falsitatem poterit intueri vel in adiunctione filiorum vel in collatione bulle vel modo vel obtusione persertim si bulla non

sit equalis: s̄ alīcubi magis tumida: et alībī magis depissa. ¶ Quero utrum si inueniēs litterā pape: cuius efficacia iam expirauit: puta quae fuit data ad tps qd iam transiūt ludo nō intentio utendi litteram aliquam in ea male formatam reformet usū pūctum faciat: vel quolibet alio modo aliquid mutet an sit excōicatus ipo iure. Rūdet Astens. vbi. s. Dicunt aliquid quod non: quod illa excōicatio non intelligi nisi de litteris que possunt utiles esse aliter. predicta autem littera quo ad cōcēm hominē inutile esset. Sed et illa littera non mutata sit iutile: tamen per rasuram sic mutari posset quod utiles appareret: ut si ibi scriptura esset post terminum: nam videbatur utiles que erat ante inutiles. Cum ergo quecumque mutatione siue quia siue magna circa literam pape que per mutationē posset appare utiles quod erat: vel utiles cum non esset sit prohibita sed pena excōicationis latefuit: videbatur per mutationē aliquid circa literam de qua est questio sit excōicatus ipo iure: quod procedendū videbatur: ut ex decreto cri. fal. c. licet in glossa vbi dicitur. Qui cuncti addidit vel mutat rescriptum pape est excōicatus vel falsarius indicatur. Non obstat de fide instru. c. ex litteris: vbi dicitur de quibusdam litteris quod per aduersa de falsitate arguebat eo quod in narratio fci abrase erat: quod per illā rasuram false iudicari nō possunt quod sic dicitur in gl. d. c. licet. Rasura illa facta fuit per eum qui litteras scripsit et non per eum qui illis utebatur. De litteris autem que per nullam rasuram possent appare utiles: puta littera citatoria alīcibi iudicādum esset: quia si

tota tradereſ et de nouo ſcribereſ non
poſſet apparere utiſis. Concorde Ric. i
4. vi. 18. ar. 12. q. 4. Nota fm Jo. an.
circa ſedam ſpem falſitatis. f. de iſto
filo exēcto et alio imiſſo: iſta falſitas
fit includendo bullam in loco calido
ita q. licet nō liquereſt: tñ inteneraſcet
ita q. filum pōt trahi: in tradiſione, ē
tñ aliqual tumoꝝ p. quē poſt filiū imiſſum
oportet bullā malleari: et hoc intē
dit finis. Tertiā falſitatē ita exempli
ficiat Hōſti. q. in eadaf dñm filum ſb
plicati vñ littore: et extra haf de littore
et imiſſat falſe littore ad modū littore vñ
plicate: et ſb plicatione falſe littore re
ſareſt filum et eius ſelliura cum filo ſi
milis canapis.

¶ De inſecutoribꝫ cardinaliū. §. 33.

¶ Inca hāc excoſcatōeſ. l. de inſecutoribꝫ cardinaliū. **T**i
Nota multipliſe penas ut
ſcias quo rectores ciuitatū q. nō faci-
unt eas obſeruari incurruunt excoſca-
tionē. Primo ergo dicif. Si quis dei-
ceps in hoc ſacrilegiū genus irrepferit
q. ſancte romae ecclie cardinalē ho-
ſtiliter fuerit inſecutus vel peruerit
recepferit: vel ſocius fuerit facientis:
aut fieri mandauerit: aut factuꝝ ratuꝝ
habuerit: aut conſilium dederit vñ fa-
uorem: aut poſtea receperauerit: vñ de-
fenſauerit ſcienꝝ eundez ſicut reus cri-
minis leſe maiestati perpetuo ſit infa-
mis hec eſt p̄ma pena. Secunda q. ſit
diſſidat et bānit. Tertia q. ſit in teſta
biliſ actiue et paſſiue. i. non poſſit con-
dere teſtamentum: nec alicuius bona
poſſit habere ex teſtamēto vel ab in-
teſtato. Quarta q. cuncta eiꝫ edificia
denk in ruinam et nullo tpe poſſunt re-

parari. Quinta q. nullus ei ſoluat ſi
ē debitor eius: nec teneat in iudicio ei
rindere. Sexta q. eiꝫ bona ɔſiſcentur.
Septima q. ſi qua feuda locationes
officium vel bñficiū ſpiale vñtpale
ab aliqbus ecclisias obtinet ſit eis ipſo
iure priuatus: que ſic libere ad ecclias
revertant q. eccliaz rectores iplis p
ſua voluntate diſponat. Octaua q. ſi
h̄z filios vñ nepotes bñficiatos per re-
cta lineaz deſcedentes quoq; bñficio
et ſi pōtſicalē adepti fuerint dignita-
tē ſint eis ipo iure p̄uati ſpe p̄motōis
omnino ſblata. Nona q. diſci filij vñ
nepotes ex virili ſexu deſcedentes nō
poſſint aſcendere ad aliquam dignita-
tem ecclieſtaſticam vel mundanaz nec
ad alicius loci regimen. Decima q.
non poſſint eſſe aduocati notarij iudi-
ces: nec aliud ministerium ſeu officiuꝝ
publicum poſſint habere. Undecima
q. non poſſunt eſſe teſtes in iudicio.
Duodecima q. non poſſint aſcendere
ad ordines: nec aſcendere ad offitium
vel beneficium ecclieſtaſticum. Tertia
decima q. ſit priuatus omnibus ac-
tibus legitimiſ omni ſpe diſpenſatōis
adempta. Quartadecima q. ſit ex inſecu-
tione p̄dicta ſicut ex inſectione ma-
nuſ violenta ipo facto ſentētia excoſ-
cationis incurrat: taꝫ inſecutor: q. alij
ſupradicti. Quintadecima q. p̄diu in
ſua ſtumacia pdurant ſingul' diebus
festiuſ et dominicis pulsatis cāpanis
et cādelis accenſis p. omnes iphiſ loci
ecclias in quo tñ facinus fuerit at-
teptatū: necnon ciuitatū et dyocelum
vicinaz excoſcati publice nunciēt: nec
ab alio q. a romano pontifice abſolu-
tiōis bñficiū obtinere poſſint: niſi in

¶ articulo

articulo mortis. **Sextadecima** cum fuerint absoluēti primo et sufficiēter et idonee caueat q̄ inferēde pene parrebūt: et q̄ penitentiam pagent minima gendā. **Decimaseptima** q̄ p̄ omnes illici loci ecclias p̄incipales vicinorūq̄ locoz diebus dominicis et solēnibus incedat nudī corā populo semoralia tātu hāntes ac ferulas ferētes in manib⁹ cū quibus p̄ easdem ecclias publice fultigētur. **Decima octaua** q̄ postea debet ire vltra mare acturi penitētiā p̄ tres años ad minus: nec de beatū inde reuerti sine spāli licētia se dis apostolice: sed post q̄ sic fuerint absoluti possint exigē credita a suis debitoribus que postmodū aegsiuerūt. **Decimanona** q̄ si pape videbitur poterit dicas penas extēdere ad collaterales. i. ad frēs nepotes ex frībus et p̄ nepotes. **Tamen** si q̄s in premissis nudo consilio uel simplici fauore fuerit culpabilis debet puniri p̄ iudicem fīm quātitatem culpe. **Undū** consiliū uel simplex fauor intelligif illius qui ad maleficiū faciendū nihil adiūcit: et in nouella ponit exēplū **Io. an.** in illo qui post insecuritatem regisitus ab insecuritate grauauit maleficiū. **Vide** eum et **Pe. de ancha.** **Itē** si q̄s familiarem clericū: uel religiosū de familia pape: uel cardinaliū offendit debet acrīe puniri: ut pena proportionē velictō: **Si** q̄s vō cardinalē occiderit ul'cām dederit per se uel p̄ alīu vltra p̄missa debet exasperi ita rigore vindicē q̄ viuēs desideret et inuocet mortem in auxiliū. **C**

Querit glosa sup vō sacrilegīs: qd si q̄s peccaret cardinalē se defenden-

do an habeat locū iste penē. **Rendet**: q̄ non. **Itē nota** q̄ ille q̄ solū insequitur cardinalē ē excoicatus: et est spāle nā insequēs alīu clericū non tamen p̄ cutiēs excoicatus nō est scđm **Io. an.** et Archi. **C**

C Item nō fīm **Pe. de ancha.** q̄ multis modis dī q̄s hostiliter delinq̄re inse quēdo. q̄nq̄ peccatiēdo: et h̄ claz: q̄nq̄ capiendo: et hoc intellige cum effectu fīm Archi. q̄ non putat q̄ p̄ insultum uel obſessionē factā ad domū sit locū huic pene si nō obſideſ ibi ad custodiā am: s̄ ad vēcūdiā p̄ ea q̄ nō. **Inno. i.e.** nuper. de sen. ex. de alijs delinquēdī modis hic exp̄līs. **C**

C Querit glo. et **Pe. de an.** quid si receptator insecurētis cardinalē sit cōsan guine receptati uel affinis. **Rendet** q̄ nō tenet istis penis: qd̄ intelligit **Io. an.** in nouella verū. s. q̄ nō puniuntur pari pena sicut extranei. fī. co. l. z. dicēt enim q̄ nō absoluūt: nec tā severē pūnīt̄ sicut extranei. **C**

C Quero dicit textus si quis ratum habuerit insecuritatem cardinalis incedit in has penas. **Pōe** q̄ talis insecurio non fuit facta ei⁹ noīe uel mandato s̄ noīe alterius: t̄ post q̄ fuit facta iste habuit ratū: an sit excoicat⁹. **Rendet** glo. q̄ nō per regulā iuris que dicit. Ratum quis h̄c nō pōt qd̄ ei⁹ noīe non est gestum. **C**

C Quero dicit hic q̄ ei⁹ edificia debet dirui: qd̄ si habebit domū uel turrim cōem cū alio: et pars inferior: erat sua et superior socij. **Rendet** **Io. an.** et **Pe. de an.** q̄ gd̄ dicūt q̄ ille socius cogetur redimere p̄tem delinquentis: et istud precium erit fisci. **Alij** dicunt q̄ pars

super destruet et inferior assignabit
socio: sed illa esset mala visione: quia
remanebit pars inferior absque techo. et
sic inutilis. Alij dicunt quod tota destruet
est. de aqua plu. ar. l. s interdum. Jo.
an. in nouella dicit quod superior atra ife
riorem regressus habebit. Pe. de an.
dicit quod probabilitas mihi videtur opinio
quod fiscus redimatur ptem socij: cum succo
dat in bonis isti delinquenter. Nota quod
post publicationem bonorum delinquenteris
debitores non tenent ei de debitis rendere
sive soluere: sed fisco quod vice hereditum ob
tinet. ut. l. z. E. ad. l. iuli de us. et hoc
est verum quod bona sunt ipso iure publi
cata: quod vero per sententiam veniret pu
blicanda: ut debitores soluedo libe
rare vide hic Pe. de an.

¶ 7

¶ Quero quod hic dicunt quod iudicatores car
dinalium debent per ecclesiasticas vicinas ciui
tatum de eis dominicis et festiis publice
nunciaris excoicati: que dicunt esse vicine
ciuitates. Bandet glo. in ybo beneficiis
quod iudicis arbitrio est relinquerendum: ul
possumus dicere vicina non distatia vel
tra duas dietas: uel non distatia vel
enam vel. i. priuinciam. et iudicibus arbitribus in h
bonus iudex.

¶ 8

¶ Quero dicunt hic quod non sunt absolue
nt debet caue idonee. Quero quod itelli
gat idonee. Bandet glo. vado pigno
ra vel fideiussores: si non potest sufficiens
te cautione dare debet dare iurato
ria cautione: et cauebit sub hypotheca
sua regum.

¶ 9

¶ Quero quod hic debet ire vel mare
acturi penitentia per tres annos. Pe. quod
xpianus nihil possideat vel mare ubi
iste possit vivere et habitare. Bandet glo. quod
hec pena tunc est in alia commutanda

Quero etiam dicunt hic quod genitum dedicit
iudicatores cardinalium auxiliu et favore
incident in has penas. quod intelligitur
